Quelle: http://manuscripta.at/?ID=1843
Copyright: Wien, Schottenstift (Benediktiner)

lena anus palinurus seruus planesiu meretrix phedromus adolescens

le Placide egredere et sonitu prohibe forum et crepitu cardinu
ne quod hic agimus herus percipiat fieri mea planesiu
Mane suffunda aquula pa uiden ut anus tremula medicina fat
Eapse merum condidicit bibere foribus dat aquam quam bibat
pla Vbi es tu qui me libello venereo citasti ecce me sisto ades qt
Vbi tu es qui me conuadatus uenereis uadimonis
Sisto ego tibi me et mihi contra itidem ut sistas suadeo
ph Adsum nam si absim haud recusem quin mihi male sit mel meum
pla Mi ocelle procul amare abesse haud consuetum est
ph palinure palinure pa eloquere quod est quod palinurum uocas
ph Est lepida pa nimis lepida ph ossum deus pa immo haud magis p[illegible]
ph Quid uidisti aut quid uides magis dijs equipabile
pa Male ualere te quod mihi exre est ph male mihi morigero tace
pla Ipsus se excruciat qui homo quod amat uidet nec potitur dum licet
ph Recte obiurgat sane haud quicquam est magis quam cupio tam diu
pla Tene me amplectere ergo ph hoc etiam est quamobrem cupiam uiuere
Quia te prohibet herus clam hero potior pla prohibet nec prohibere quit
Nec prohibebit nisi mors meum animum abs te abalienauerit
pa Enimuero nequeo durare quin ego herum accusem meum
nam bonum est pauxillum amare sane insane non bonum est
Verum totum insanum amare hoc est quod meus herus facit
ph Sibi sua habeant regna reges sibi diuicias diuites
ph Sibi honores sibi uirtutes sibi pugnas sibi prelia
Dum mihi abstineant inuidere sibi quisque habeat quod suum est
pa Quid tu uenerem peruigilare te uouisti phedrome
nam hoc quidem edepol haud multo est post lucebit ph tace
pa Quid taceam quin tu is dormitum ph dormio ne occlamites
pa tu quidem uigilas ph at meo more dormio hic somnus est mihi
pa heus tu mulier male mereri de immerente inscitia est
pla Irascere si te edentem hic a cibo abigat pa illicet
pariter hos perire amando uideo uterque insaniunt
Viden ut misere moliuntur nequeunt complecti satis
Etiam dispertimini pl nulli est homini perpetuum bonum